

Non vi sono obblighi particolari. È consigliata una breve meditazione sulla Passione di Cristo specialmente al venerdì e la ripetizione delle giaculatorie scritte sullo Scapolare.

## FORMULE LITURGICHE

Per chi volesse benedire e imporre lo Scapolare Rosso, riportiamo la formula del Rituale Romanum (ediz. 1941 o altre edizioni posteriori, ma sempre latine) al n° 6 delle Benediccionnes Propriae, e ne diamo anche una versione non ufficiale.

**BENEDICTO ED IMPOSITO SCAPULARIS RUBRI PASSIONIS ET SACRATISSIMI  
CORDIS D.N. J.C. ATQUE CORDIS AMANTISSIMI ET COMPATENTIS B. MARIAE  
VIRG. IMMACULATAE**

Propria Congregationis Missionis

Genuflexo eo, qui suscepturus est Scapolare, Sacerdos, superpelliceo et stola rubra indutus, dicit:

V Adiutorium nostrum in nomine Domini. R Qui fecit caelum et terram.

V Dominus vobiscum. R Et cum spiritu tuo. Oremus

Domine Jesu Christe, qui tegumen nostrae mortalitatis induere dignatus, temetipsum exinanivisti, forma servi accipiens, et factus obediens usque ad mortem Crucis: tuae largitatis clementiam humiliter imploramus, ut hoc genus vestimenti, quod in honorem et memoriam dolorosissimae Passionis tuae, tuique sacratissimi Cordis, necnon et Cordis

amantissimi ac compatentis Immaculatae Matris tuae institutum fuit, atque illo induti haec mysteria devotius recolant, benedicere digneris; ut hic famulus qui (haec famula tua, quae) ipsum gestaverit, te quoque, per tua merita et intercessionem beatissimae Virginis Mariae, induere mereatur: Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

Mox Sacerdos sacrum Scapolare aqua benedicta aspergit, et illud imponit, dicens:

Accipe, carissime frater (carissima soror), hunc habitum benedictum, ut veterem hominem exutus (-a) novumque indutus (-a) ipsum digne perferas, et ad vitam pervenias sempiternam. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen. Deinde subjungit.

Et ego, ex facultate mihi concessa, recipio te (vos) ad participationem omnium bonorum spiritualium, quae per Sanctae Sedis Apostolicae privilegii huic sancto scapulari, in gratiam Congregationis Missionis, concessa sunt.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. R. Amen. Denique dicitur trina vice versiculus sequens:

Te ergo quaesumus, tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti.